



0cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22



10831





ysambres

de



de
ysambres

de Jan

Nulla enim rem
dia que vulneris
liberatur
ad eam odorem
quam pte sunt
salubrazia.
Saluatoris agn

D

O Dom ap
Iacobum am meum
sem sicutum

Sicut sem
Missa mihi

Ogo deo inquis
na crux crux
porto.

Ms. A. 9. 2. fol. 47v

W^m confis et envoi a la reine par son commandement le 29
Regne grace de l'empereur Louis le Pieux
principale pour le droit du royaume de Mayence
le 29 juillet

Seine & Marne
de la Seine & Marne

Marc-Jacob
Omnia mea sicut

Savoyens.

Leffebvre et au

autre

Le droit de la
confis a la reine
et reconu a la reine
que le droit de la
reine a la reine
et au droit de la
reine a la reine

Le droit de la
reine a la reine
et au droit de la
reine a la reine

Le droit de la
reine a la reine
et au droit de la
reine a la reine

Le droit de la
reine a la reine
et au droit de la
reine a la reine

Monsieur et frere le confesseur que to ayde
and ayde de mesme ma complice

Mon

Monsieur et frere parrois que approuve ~~ayt~~
voullez mener moy bster al que pour Rys de
comte et ce voulzied delire qd servit
et au temps qd estoit puy le Rennet a son
flement que ce ne conduisent de cogit
au report de Grandes Justice entour
frere que vouliez volant a laquelle peste l'ordre
~~et~~ et a laquelle le prie de faire croire

Monsieur et frere que vouliez volant a laquelle peste l'ordre
frere que le prie de faire croire ce prie
vint devant Rennet et laudauoy qd mis fure
foule ~~et~~ ordeneable ~~et~~ faire faire vng affre rognage
pour qd a laquel peste qd estat ~~a faire~~ a laquelle

Monsieur que le dehors paise combier et qd furent
nt et devant venuent moy ayent a l'Universite

Monsieur que fist dire qd ayent une promesse
dans gentilhomme prie ce voulzied et

Mon que le prie de qd ayent le dehors
que vouliez et ce qd ayent done qd fait auquel prie
que mole ayent ~~et~~ envoe a la croire qd fait auquel prie
prie a jorbs ~~et~~ auquel ~~et~~ fait auquel prie et de prie
qd fait auquel prie et de prie et de prie
que vouliez et ce qd ayent le dehors

Mon en perte de prie et qd ayent le dehors

Monsieur que prie que ayent le dehors
et qd ayent le dehors et qd ayent le dehors

Monsieur que ayent le dehors et qd ayent le dehors

vouliez pour autre le dehors qd
qui vouliez de qd ayent le dehors et qd ayent le dehors

P.S.

to fes demander moy estoys envoys a la court
provoit de luy faire obligeacion de venir et moy fes
faut pous les despons du proposit que pous voulrois
choys qei ne demandoy. Dont il esmeut estime
volumenent ~~assujett~~ dedeable que aynt
~~neveux~~ il pous ~~est~~ faynt et celi criseble
que trouves of ales par la ville croyant
font regle ne desordre ~~et perte~~ portant Monsieur
et fere il voud playn ne iuder de ceo et de ceo
il ne mende n'auoye boy admis et conseil regle
et regne hante ma leit vno prieur de Richelieu
supplieation que vno plait auer quid ~~de la~~ de Grand
auquelles ma maintenut a fayt credut vno a prieur
qni li my Prieur ne lais ier volet endrois a pay
et vno de tout quitter ou voud offrir moy domino
et priez auquel et moy appris ne recommandut prieur
et dit Guilleme et de boy come auoyte bon gracie
et a celle de madame selle via force prieur et chastez
moy dont il fait desseins et fongis vid desseins

M

M

W^m R^e et onclⁱ nient l*offre* gr^e
de vostre gr^e il vostre p^r leur f^{am}
nient maintenir leur l*offre*
te vostre ay leur voulz l*importun* d^ray
ch^eneul vostre p^rent en y p^reter ay gr^e
ulz p^rendre vostre vostre s^r f^{am}at
Recommande a vostre vostre gr^e et de
Matherfield ma comp^{te} p^rost d^ron
qui doivez auant tressor
et corps vostre p^rost vostre
et me

P^rost


1555/3

Res Mn 10831/3

P. OVIDII N A-
sonis de Tristibus
Libri quinque.

*Argumentis & annotationibus Viti Amerbachij
illustrati, nūncque primum in lucem editi.*

Liber primus.



P A R I S I I S,

*Ex Typographia Thomæ Richardi sub Bibliis
aureis, è regione collegij Remensis.*

I S S 8.

P O A I D H N A
louis de Thiffray
Lippe d'Uerdre

Ex Libr. Dr. J. C. R. Schmid
Gotha. In scriptorio publico in loco eius.

Lippe d'Uerdre.



P A R I S I S

Ex Libr. Dr. J. C. R. Schmid
Gotha. In scriptorio publico in loco eius.

312

Publij Ouidij Nasonis de

TRISTIBVS LIBER I.

ELEGIA I.

Ex Tomo Ro-
mam.



*Arue (nec inuideo) sine me li-
beribis in urbem.*

Alloquitur li-
brum, vt Romā
vadat, & quid
ei faciendū sit,
admonet.

*Hei mihi, quòd domino non
licet ire tuo.*

*Vade, sed incultus, qualem
decet exulis esse,
Infælix habitum temporis
huius habe.*

Nec te purpureo velent vaccinia succo,

Non est conueniens luctibus ille color.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,

Candida nec nigra cornua fronte geras.

Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes,

Hirsutus passis ut videare comis.

Fælices ornent hæc instrumenta libellos:

Fortunæ memorem te decet esse meæ.

Né ve liturarum pudeat, qui viderit illas,

De lachrymis factas sentiat esse meis.

Vade liber, verbisque meis loca grata saluta,

Cedrino oleo
chartas contra
carié illinebāt.

DE TRISTIBVS

Contingam certè quo licet illa pede.

Si quis ut in populo nostri non immemor, illi

Si quis, qui, quid agam, forte requiret, erit.

Vinere me dices, saluum tamen esse negabis:

Id quoque quòd viuam, munus habere Dei.

Atque ita tu tacitus quærenti plura legendum,

Ne, quod opus non est, forte loquare, caue.

Protinus admonitus repetet mea crimina lector,

Et peragat populi publicus ore reus.

Tu caue defendas, quanuis mordebere dictis,

Causa patrocinio non bona maior erit.

Inuenies aliquem, qui me suspiriet ademptum,

Carmina nec siccis perlegat ista genis.

Et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet,

Sit mea lenito Cæsare pœna leuis.

Nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ipse precamur,

Placatos misericordia volet esse deos.

Quæque volet, rata sint, ablata principis ira,

Sedibus in patriis det mihi posse mori.

Ut peragas mandata liber, culpabere forsitan,

Ingeniique minor laude ferere mei.

Iudicis officium est, ut res, ita tempora rerum

Quærere, quæsito tempore tutus eris.

Carmina proueniunt animo deducta sereno,

Nubila sunt subitis tempora nostra mali.

Alacritas ad
poëmata.

Carmina secessum scribentis & otia querunt:

Me mare, me venti, me fera iactat hyems.

Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem

Hæsurum iugulo iam puto, iamque meo.

Hæc quoque, quæ facio, index mirabitur æquus:

Scriptaque cum venia qualiacunque leget.

Dam mihi Mæoniden, & tot circunspice casus:

Ingenium tantis excidet omne malis.

Denique securus famæ liber ire memento,

Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.

Non ita se nobis præbet fortuna secundam,

Vt tibi sit ratio laudis habenda tuæ.

Donec eram soßpes, tituli tangebar amore:

Quærendique mihi nominis ardor erat.

Carmina nunc simulo, studiūmque quod obfuit, odi:

Studiū obfuit
Ouidio.

Sit satis ingenio sic fuga parta meo.

Itamen, & pro me tu, cui licet, aspice Romam.

Dijfacerent posse non meus esse liber.

Nec te quòd venias magnam peregrinus in urbem,

Ignotum populo, posse venire puta.

Vt titulo careas, ipse noscere colore,

Disimulare velis te licet esse meum.

Clam tamen intrato, ne te mea carmina lædant:

Non sunt, ut quondam plena fauoris erant.

Si quis erit, qui te, quòd sis meus, esse legendum

DE TRISTIBVS

Non putet, è gremio reiiciátque suo,
Libri amorum obfuerút Ouidio.
Inspice, dic, titulum: non sum preceptor amoris.
Quas meruit pœnas, iam dedit illud opus.
Forfitan expectes an in alta palatia missum
Scandere te iubeam, Cæsareámque domum.
Ignoscant augusta mihi loca, dique locorum:
Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.
Esse quidem memini mitissima sedibus illis
Numina: sed timeo, qui nocuere deos.
Terretur minimo pennæ stridore columba
Vngibus, accipiter, saucia facta tuis.
Non procul à stabulis audet discedere, si qua
Excussa est audi dentibus agna lupi.
Vitaret cælum Phaëthon, si viueret, & quos
Optauit stultè tangere, nollet equos.
Me quoque, quæ sensi, fateor Iouis arma timere.
Me reor infesto, cùm tonat, igne peti.
Quicunque Argolica de classe Capharea fugit,
Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.
Et mea cymba semel vasta percussa procella,
Illum, quo læsa est, horret adire locum.
Ergo caue liber, & timida circunspice mente,
Ut satis è media sit tibi plebe legi.
Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icarii nomina fecit aquis.

Icari exéplum.

Difficile est tamen hic remis utaris, an aura

Dicere, consilium resque, locusque dabunt.

Si poteris tradi vacuo, si cuncta videbis

Mitia, si vires fregerit ira suas:

Si quis erit qui te dubitantem, et adire timentem

Tradat, et ante tamen pauca loquatur, adi.

Luce bona, dominique tuo felicior ipso

Peruenias illuc, et mala nostra lenes.

Nanque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,

Solus Achilleo tollere more potest.

Tantum ne noceas, dum vis prodeesse, videto:

Nam spes est animi nostra timore minor.

Quaeque quiescebat, ne mota resauiat ira,

Et pœnæ tu sis altera causa, caue.

Cum tamen in nostrum fueris penetrare receptus,

Contigerisque tuam scrinia curua domum:

Aspicies illic positos ex ordine fratres,

Quos studium cunctos euigilauit idem.

Cætera turba palam titulos ostendit apertos,

Et sua detecta nomina fronte gerit.

Tres procul obscura latitantes parte videbis,

Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent.

Hos tu vel fugias, vel si satis oris habebis,

O Edipodas facito, Telegonosque voces.

Deque tribus moneo, si qua est tibi cura parentis,

*volumen libri
monogram*

*Occasiones in
dandis literis
quærenda.*

*Sunt enim &
ingenuorum
libri.*

Libri amorum.

DE TRISTIBVS

Ne quenquam, quanuis ipse docebit, ames.

Libri transfor-
mationum.

Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ.

Nuper ab exequiis carmina raptæ meæ.

His mando dicas, inter mutata referri,

Fortunæ vultum corpora posse meæ.

Nanque ea dissimilis subitò est effecta priori,

Flendaque nunc aliquo tempore lœta fuit.

Plura quidem mandare tibi (si quæris) habebam,

Sed vere or tardæ causa fuisse moræ.

Sed si quæ subeunt tecum liber omnia ferres,

Sarcina laturo magna futurus eras.

Longa via est, propria, nobis habitabitur orbis

Vltimus, à terra terra remota mea.

ELEGIA II.

Sapplicatio ad
deos, ut ab im-
minentि nau-
fragio eum in-
colamem ser-
uent.

Domi I maris & cæli (quid enim nisi vota supersunt ?)
Soluere quassatæ parcite membra ratis.

Né ve, precor, magnæ subscribite Cæsar is iræ,

Sæpe premente deo fert deus alter opem.

Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo:

Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

Oderat Æneam, propior Saturnia Turno:

Ille tamen Veneris numine tutus erat.

Sæpe ferox cautum petiit Neptunus Vlyssem,

Eripuit patrio sæpe Minerua suo.

Et nobis aliquod, quanvis distamus ab illis,

Quis vetat irato numen adesse deo?

Verba miser frustra non proficientia perdo,

Ipsa graues spargunt ora loquentis aquæ:

Terribilisque Notus iactat mea verba, precisque,

Ad quos mittuntur non sinit ire deos.

Ergo iidem venti, ne causa lœdar in una,

Vel àque nescio quo, votaque nostra ferunt.

Hyperbole.

Me miserum quanti montes voluuntur aquarum:

Iamiam tacturos sydera summa putas.

Quantæ diducto subsidunt æquore valles:

Mare Scythicum.

Iamiam tacturas tartara nigra putas.

Quocunque aspicio, nihil est nisi pontus & aëris:

Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

Inter utrumque fremunt immani murmure venti:

Nescit cui domino pareat unda maris.

Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu:

Nunc Zephyrus sero vespere missus adest.

Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto:

Nunc Notus aduersa prælia fronte gerit.

Rector in incerto est, nec quid fugiatve, petatve,

Inuenit, ambiguis ars stupet ipsa malis.

Scilicet occidimus, nec spes est villa salutis:

Dumque loquor, vultus obruit unda meos.

Opprimet hanc animam fluctus, frustraque precanti.

DE TRISTIBVS

Ore necaturas accipiemus aquas.

Coniux Naso. At pia nil aliud quām me dolet exule coniunx,

Hoc unum nostri scitque, gemitque mali.

Nescit in immenso iactari corpora ponto,

Nescit agi ventis, nescit adesse necem.

O bene quod non sum mecum descendere passus,

Ne mihi mors misero bis patienda foret.

At nunc ut peream, quoniam caret illa periclo,

Dimidia certe parte superstes ero.

Hei mihi, quām celeri micuerunt nubila flamma,

Quantus ab ætherio personat axe fragor.

Nec leuius laterum tabulae feriuntur ab undis,

Quām graue balistæ mænia pulsat onus.

Decumanum fluctum intel-

ligit.

Qui venit hinc fluctus, fluctus supereminet omnes:

Posterior nono est, undecimoque prior.

Nec lethum timeo, genus est miserabile lethi:

Demite naufragium, mors mihi munus erit.

Est aliquid fatoque suo, ferróque cadentem

Insolita moriens ponere corpus humo:

Mare multis
pro sepulchro.

Et mandare suis aliqua, et sperare sepulchrum,

Et non æquoreis piscibus esse cibum.

Fingite me dignum tali nece: non ego solus

Huc vehor: immeritos cur mea pœna trahit?

Proh superi, viridesque dei, quibus æquora curæ,

Vt traque iam vestras sistite turba minas.

Quámque dedit vitam mitissima Cæsar is ira,

Hanc finite infelix in loca iussa feram.

Si quam promerui pœnam, me perdere vultis?

Culpa mea est ipso iudice morte minor.

Mittere me stygias si iam voluisset ad undas

Cæsar, in hoc vestra non eguisset ope.

Est illi nostri non inuidiosa crux

Copia, quodque dedit, cum volet, ipse feret.

Vos modò quos certè nullo puto crimine laesi,

Contenti nostris iam precor eſte malis.

Nec tamen, ut cuncti miserum seruare velitis,

Quod periit, saluum iam caput esse potest.

Vt mare subsideat, ventisque ferentibus utar:

Et mihi parcatis, non minus exul ero.

Non ego diuitias auidus sine fine parandi

Latum mutandis mercibus aquor aro.

Nec peto, quas quondam petij studiosus, Athenas,

Naso Athenis
eruditus.

Oppida non Asia, non mihi visa prius:

Non ut Alexandri claram delatus in urbem,

Delicias videam Nile iocose tuas.

Quod facile est, opto ventos (quis credere posset?)

Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.

Obligor ut tangam laui fera littora ponti,

Quodque sit à patria iam fuga tarda queror.

Nescio quos videam positos ut in orbe Tomitas,

DE TRISTIBVS

Exili⁹ facio per mea vota viam.
Si me diligitis, tantos compescite fluctus,
Pronaque sint nostræ numina vestra rati.
Seu magis odistis iussæ me aduerrite terræ,
Supplicij pars est in regione mori.
Ferte (quid hic facio?) rapidi mea corpora venti,
Ausonios fines cur mea vela vident?
Noluit hoc Cæsar. quid quem fugat ille tenetis?
Aspiciat vultus pontica terra meos.
Et iubet, & merui, nec quæ damnauerit ille
Crimina defendi, fasue, piūmve puto.
Si tamen acta deos nunquam mortalia fallunt,
A culpa facinus scitis abesse mea.
Error is qualis fuerit, nondum liquet inter grammaticos.
Imo ita si scitis, & me meus abstulit error,
Stultaque mens nobis, non scelerata fuit.
Quod (licet è minimis) domui si fauimus illi,
Sint satis Augusti publica iussa mibi,
Hoc duce si dixi fælicia secula, pro quo
Cæsare thura pia, Cæsarib⁹ que dedi:
Si fuit hic animus vobis, ita parcite diui:
Sin minus, alta cadens obruat unda caput.
Fallor? en incipiunt grauidæ euancere nubes,
Victaque mutati frangitur unda maris.
Non casu vos, sed sub conditione vocati,
Fallere quos non est, hanc mihi fertis opem.

ELEGIA III.

CV M subit illius tristissima noctis imago,
Quæ mihi supremum tempus in urbe fuit,
Quum repeto noctem, qua tot mihi chara reliqui,

Vt ex urbe Ro-
ma discesserit,
necnon coniu-
gis & suorum
lachrymas me-
morat.

Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis.
Iam propè lux aderat, qua me discedere Cæsar

Dies indicti
exliij.

Finibus extremæ iuss erat Ausoniæ.
Nec spatum, nec mens fuerat satis apta parandi.

Torpuerant longa pectora nostra mora.
Non mihi seruorum comites, non cura legendi,

Non aptè profugo vestis, opisue fuit.

Non aliter stupui, quām qui Iouis ignibus ictus
V iuit, & est vitæ nescius ipse suæ.

Vt tamen hanc animi nubem dolor ipse remouit,
Et tandem sensus conualuere mei.

Alloquor extremum mæstos abiturus amicos,

Qui modò de multis unus & alter erat.
Vxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,

Imbre per indignas usque cadente genas.

Nata procul Libycis aberat diuersa sub oris,

Nec poterat fati certior esse mei.

Quocunque aspiceres, luctus, gemitusque sonabant,
Formaque non taciti funeris intus erat.

Fæmina, virque meo pueri quoque funere mærent,

DE TRISTIBVS

Inque domo lachrymas angulus omnis habet.

Si licet exemplis in paruis grandibus uti,

Hæc facies Troiae, cùm caperetur, erat.

Intempesta nox.
Iámque quiescebant voces hominumque, canumque,

Lunaque nocturnos alta regebat equos.

Hanc ego suspiciens, et ad hæc Capitolia cernens,

Quæ nostro frustà iuncta fuere lari:

Numina vicinis habitantia sedibus, inquam,

Iámque oculis nunquam templa videnda meis:

Dique relinquendi, quos urbs habet alta Quirini,

Este salutati tempus in omne mihi.

Et quanquam serò clypeum post vulnera sumo,

Attamen hanc odiis exonerare fugam.

Cælestique viro quis me deceperit error,

Dicite, pro culpa ne scelus esse putet.

Vt quod sentitis, pœnæ quoque sentiat author,

Placato possum non miser esse deo.

Hac prece adoraui superos ego, pluribus uxori,

Singulu medios impediente sonos.

Illa etiam ante lares sparsis prostrata capillis,

Contigit extructos ore tremente focos.

Deploratus. Multaque in aduersos effudit verba penates,

Pro deplorato non valitura viro.

Iámque moræ spatiū nox præcipitata negabat,

Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.
Quid facerem? blando patriæ retinebar amore,
Ultima sed iussæ nox erat illa fugæ.
Ah quoties aliquo dixi properante, quid urges?
Vel quò festinas ire, vel unde, vide.
Ah quoties certam me sum mentitus habere
Horam, præpositæ quæ foret apta viæ.
Ter limen tetigi, ter sum reuocatus, & ipse
Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Sæpe vale dicto, rursus sum multa locutus,
Et quasi discedens oscula summa dedi.
Sæpe eadem mandata dedi, méque ipse fefelli,
Respiciens oculis pignora chara meis.
Denique quid proprio? Scythia est, quò mittimur inquam?
Roma relinquenda est, utraque iusta mora est.
Vxor in æternum viuo mihi viua negatur,
Et domus & fidæ dulcia membra domus.
Quósque ego dilexi fraterno more sodales,
O mihi Thesea pectora iuncta fide.
Dum licet amplectar, nunquam fortasse licebit
Amplius, in lucro est quæ datur hora mihi.
Nec mora sermonis verba imperfecta relinquo,
Amplectens animo proxima quæque meo.
Dum loquor, & flemus, cælo nitidissimus alto

DE TRISTIBVS

Stella grauis nobis Lucifer ortus erat.
Diuidor haud aliter, quam si mea membra relinquam,
Et pars abrumpi corpore visa meo est.
Sic doluit Priamus tunc, cum in contraria versus,
Vltores habuit proditionis equos.
Tunc verò exoritur clamor, gemitusque meorum,
Et feriunt moestæ pectora nuda manus.
Tunc verò coniux humeris abeuntis inhærens
Miscuit hæc lachrymis tristia dicta meis:
Non potes auelli, simul hinc simul ibimus, inquit,
Te sequar, et coniux exulis exul ero.
Et mihi facta via est, et me capit ultima tellus,
Accedam profugæ sarcina parua rati.
Te iubet à patria discedere Cæsar's ira.
Me pietas, pietas hæc mihi Cæsar erit.
Talia tentabat, sicut tentauerat antè,
Vixque dedit vietas utilitate manus.
Egredior, sine illud erat sine funere ferri,
Squallidus immisis hirta per ora comis.
Illa dolore amens tenebris narratur obortis,
Semianimis media procubuisse domo.
Vtque resurrexit fædatis puluere turpi
Crinibus, et gelida membra levanit humo,
Se modò, desertos modò deplorasse penates,

Ira.

Pietas.

Nomen & adempti saepe vocasse viri.
Nec gemuisse minus, quam si nat' ve, meūmve
Vidisset structos corpus habere rogos.
Et voluisse mori, moriendo ponere sensus,
Respectuque tamen non periisse mei.
Viuat, & absentem quoniam sic fata tulerunt,
Viuat, & auxilio subleuet usque suo.
Tingitur oceano custos Erymanthidos Vrsæ,
Æquoreaque suo sydere turbat aquas.
Nos tamen Ionium nostra non findimus æquor
Sponte, sed audaces cogimur esse metu. Metus audaces
tandem facit.
Me miserum, quantis nigrescunt æquora ventis,
Erutaque ex imis feruet arena fretis.
Monte nec inferior proræ, puppique recurvæ
Insilit, & pictos verberat vnda deos.
Pinea texta sonant, pulsi stridore rudentes,
Aggit & nostris ipsa carina malis.
Nauita confessus gelidum pallore timorem,
Iam sequitur victus, non regit arte ratem.
Vtque parum validus non proficientia rector,
Ceruicis rigidæ fræna remittit equo:
Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus vndæ,
Aurigam video vela dedisse rati.
Quod nisi mutatas emiserit Æolus auras,

In loca iam nobis non adeunda ferar.

Nasoni Italia
interdictum.

Nam procul Illyricis lœua de parte relicta

Interdicta mihi cernitur Italia.

Desinat in vetitas, quæso, contendere terras,

Et mecum magno pareat vnda deo.

Dum loquor, & cupio pariter, timeoque repelliri,

Increpuit quantis viribus vnda latus.

Parcite cœrulei vos saltem numina ponti,

Infestumque mihi sit satis esse Iouem.

Vos animam saeue fessam subducite morti,

Si modò qui periit, non periisse potest.

ELEGIA IIII.

Ad amicū, qui
etiam in aduer-
fis fidus permā-
ferat.

O Mihī post nullos unquam memorande sodales,

Et cui præcipue fors mea visa sua est:

Attonitum qui me memini charissime primus,

Ausus es alloquio sustinuisse tuo.

Qui mihi consilium viuendi mite dedisti,

Cùm foret in misero pectore mortis amor.

Scis bene cui dicam positis pro nomine signis,

Officium nec te fallit amice tuum.

Hæc mihi semper erunt imis infixæ medullis,

Perpetuusque animæ debitor huius ero.

Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras

Ibit, & in tepido deseret ossa rogo,
 Quam subeant animo meritorum obliuia nostro,
 Et longa pietas excidat ista die.

Dij tibi sint faciles, & opis nullius egentem
 Fortunam praestent, dissimilémque meæ.

Si tamen hæc nauis vento ferretur amico,
 Ignoraretur forsitan ista fides.

Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,
 Si non infernas viuus adisset aquas.

Vt foret exemplum veri Phocæus amoris,
 Fecerunt furiæ tristis Oresta tuae.

Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes,
 Hyrtacidæ Nisi gloria nulla foret.

Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum,
 Tempore sic duro est inspicienda fides.

Dum iuuat, & vultu ridet fortuna sereno,
 Indelibatas cuncta sequuntur opes.

At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,
 Agminibus comitum qui modò cinctus erat.

Atque hæc exemplis quondam collecta priorum,
 Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.

Vix duo, tresve mihi de tot superestis amici:
 Cætera fortuna, non mea turba fuit.

Quò magis o pauci rebus succurrите læsis,

Amicorum fi-
des rebus ad-
uersis elucet.

Fortuna ami-
cos conciliat.

Suo periculo
discere.

DE TRISTIBVS

Et date naufragio littora tuta meo.
Néve metu falso nimium trepidate, timentes
Hac offendatur ne pietate deus.
Sæpe fidem aduersis etiam laudauit in armis:
Inque suis amat hanc Cæsar, in hoste probat.
Causa mea est melior, quia non contraria foui
Arma, sed hanc merui simplicitate fugam.
Inuigiles igitur nostris pro casibus, oro,
Diminui si qua numinis ira potest.
Scire meos casus si quis desiderat omnes,
Plus, quam quod fieri res finit, ille petit.
Tot mala sum passus, quot in æthere sydera lucent,
Paruaque quot siccus corpora puluis habet.
Multaque credibili tulimus maiora, ratamque,
Quanuis acciderint, non habitura fidem.
Pars etiam quædam mecum moriatur, oportet:
Méque velim possint disimulante tegi.
Si vox infragilis, pectus mibi firmius esset,
Pluraque cum linguis pluribus ora forent:
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,
Materia vires exuperante meas.
Pro duce Naritio docti mala nostra poëtæ
Scribite, Naritio nam mala plura tuli.
Ille breui spatio multis errauit in annis

Virgiliana imi-
tatio.

Vlyssis & Na-
fonis collatio.*Inter Dulichias, Iliacisque domos.**Nos freta syderibus totis distantia mensos**Sors tulit in Geticos, Sarmaticoque sinus.**Ille habuit fidamque manum, sociosque fideles:**Me profugum comites deseruere mei.**Ille suam laetus patriam, victorque petebat,**A patria fugio vinctus & exul ego.**Nec mihi Dulichium domus est, Ithaceve, Sameve,**Pœna quibus non est grandis abesse locis:**Sed quæ de septem totum circunspicit orbem**Montibus, imperij Roma, deumque locus.**Illi corpus erat durum, patiensque laborum:**Inuaidæ vires, ingeniumque mihi.**Ille erat assidue sauis agitatus in armis:**Affuetus studiis mollibus ipse fui.**Me deus oppressit nullo mala nostra leuante:**Bellarrix illi diua ferebat opem.**Cumque minor Ioue sit tumidis, qui regnat in undis,**Illum Neptuni, me Iouis ira premit.**Adde quod illius pars maxima ficta laborum,**Ponitur in nostris fabula nulla malis.**Denique quæsitos tetigit tamen ille penates,**Quæque diu petiit, contigit arua tamen.**At mihi perpetuo patria tellure carendum est,**Ni fuerit laeti molior ira dei.*Vlyssis pericu-
la fabulosa.

ELEGIA V.

Ad vxorem.

NEC tantum Clario Lyde est dilecta poeta,

Nectantum Coo Battis amata suo:

Pectoribus quantum tu nostris uxori inhæres,

Digna minus misero, non meliore viro.

Te mea supposita est veluti trabe fulta ruina,

Si quid adhuc ego sum, munera omne tui est.

Tu facis, ut spolium non sim, nec nuder ab illis,

Naufragij tabulas qui petiere mei.

Vtque rapax stimulante fame, cupidusque cruoris,

Incustoditum captat ouile lupus:

Aut ut edax vultur corpus circumspicit, ecquod

Sub nulla positum cernere possit humo:

Sic mea nescio quis male fidus rebus acerbis

In bona venturus, si paterere fuit.

Hunc tua per fortis virtus summouit amicos,

Nulla quibus reddi gratia digna potest.

Ergo quam misero tam vero teste probaris,

Hic aliquod pondus si modo testis habet.

Nec probitate tua prior est aut Hectoris uxor,

Aut comes extincto Laodameia viro.

Tu si Maeonium vatem sortita fuisses,

Penelopes esset fama secunda tua.

Sine tibi hoc debes nullo pia facta magistro,

Cumque noua mores sunt tibi luce dati:
 Fæminas eu princeps omnes tibi culta per annos
 Te docet exemplum coniugis esse bona.
 Assimilémque sui longa assuetudine fecit,
 Grandia si paruis assimilare licet.
 Hei mihi, non magnas quòd habent mea carmina vires,
 Nostraque sunt meritis ora minora tuis.
 Si quid eꝝ in nobis viui fuit antè vigoris,
 Extinctum longis excidit omne malis.
 Prima locum sanctas Heroidas inter haberet,
 Prima bonis animi conspicere tui.
 Quantumcunque tamen præconia nostra valebunt,
 Carminibus viues tempus in omne meis.

Ingenium
calamitatibus
obnubilatur.

ELEGIA VI.

Si quis habes nostri similes in imagine vultus,
 Deme meis ederas Bacchica ferta comis.
 Ista decent lætos fælicia signa poëtas,
 Temporibus non est apta corona meis.
 Hæc tibi disimula, sentis tamen optimè dici,
 In digito qui me férisque reférisque tuo.
 Effigiémque meam fuluo complexus in auro,
 Chara relegati, quæ potes, ora vides.

Ad amicos, qui
eius imaginem
auro insculptā
habent.

Quæ quoties spectas, subeat tibi dicere forsan,

b iiiij

Quām procul à nobis Naso sodalis abest.

Ingenij nostri
monumēta ef-
figies verae
sunt.
Grata tua est pietas, sed carmina maior imago

Sunt mea, quæ mando qualiacunque legas.

Carmina mutatas hominum dicentia formas,

Infelix domini quod fuga rupit opus,

Metamorpho-
sis iniecta igni.
Hæc ego discedens sicut bona multa meorum

Ipse mea posui mæstus in igne manu.

Vtque cremassé suum fertur sub stipite natum

Thestias, & melior matre fuisse soror:

Sic ego non meritos mecum peritura libellos

Imposui rapidis viscera nostra rogis:

Vel quòd eram Musas, ut crimina nostra, perosus,

Vel quòd adhuc crescens, & rude carmen erat.

Quæ quoniam non sunt penitus sublata, sed extant,

Pluribus exemplis scripta fuisse reor.

Nunc precor, ut vivant, & non ignava legentem

Otia delectent, ad moneantque mei.

Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,

Nesciat his summam si quis abesse manum.

Ablatum mediis opus est incudibus illud,

Defuit & scriptis ultima lima meis.

Et veniam pro laude peto, laudatus abunde,

Non fastiditus si tibi lector ero.

Hos quoque sex versus in prima fronte libelli,

Summa manus
abest Metamor-
phosi.

In nōnullis nō
contemni satis
est.

Si præponendos esse putabis, habe.
 Orba parente suo quicunque volumina tangis,
 His saltem vestra detur in urbe locus.
 Quóque magis faueas, non hæc sunt ædita ab illo,
 Sed quasi de domini funere raptæ sui.
 Quicquid in his igitur vitij rude carmen habebit,
 Emendaturus, si licuisset, erat.

ELEGIA VII.

IN caput alta suum labentur ab æquore retro
 Flumina, conuersis sölque recurret equis:
 Terra feret stellas, cælum findetur aratro,
 Vnda dabit flamas, & dabit ignis aquas.
 Omnia naturæ præposta legibus ibunt,
 Pársque suum mundi nulla tenebit iter.
 Omnia iam fient, fieri quæ posse negabam,
 Et nihil est, de quo non sit habenda fides.
 Hæc ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo,
 Laturum misero quem mihi rebar opem.
 Tantane te fallax cepere obliuia nostri?
 Afflictumque fuit tantus adire timor?
 Ut neque respiceres, nec solarere iacentem
 Durè, nec exequias prosequerere meas?
 Illud amicitiæ sanctum, & venerabile nomen

In amicum, quā
 illi pollicitam
 fidem fregerat.

Amicitiæ san-
 ctum nomen.

Nunc tibi pro vili, sub pedibusque iacet.
 Quid fuit ingenti prostratum mole sodalem
 Visere? & alloquij parte leuare tui?
 Inque, meos si non lachrymas dimittere casus,
 Pauca tamen ficto verba dolore loqui?
 Idque quod ignoti faciunt, vale dicere saltem?
 Et vocem populi, publicaque ora sequi?
 Denique lugubres vultus, nunquamque videndos
 Cernere supremo dum licuitque die?
 Dicendumque semel toto non amplius aeuo
 Accipere, & parili reddere voce, vale?
 At fecere alij nullo mihi fædere iuncti,
 Et lachrymas animi signa dedere sui.
 Quid, nisi coniunctus, causisque valentibus essem,
 Temporis & longi iunctus amore tibi?
 Quid, nisi tot lusus, & tot mea seria noßes?
 Tot noßem lusus, seriaque ipse tua?
 Quid, si duntaxat Romæ mihi cognitus esset?
 Ascitus toties in genus omne ioci?
 Cunctane in æquoreos abierunt irrita ventos?
 Cunctane Lethæis mersa feruntur aquis?
 Non ego te genitum placida reor urbe Quirini,
 Urbe, meo quæ iam non adeunda pede est.
 Sed scopulos ponti, quos hæc habet ora, sinistri,

Inque feris Scythiae, Sarmaticisque iugis.
 Et tua sunt silicis circum praecordia venae,
 Et rigidum ferri semina pectus habet.
 Silex intra pre-
 cordia.
 Quæque tibi quondam tenero ducenda palato,
 Plena dedit nutrix ubera, tigris erat.
 Aut mala nostra minus, quam non aliena putasses,
 Duritiæque mihi non agerere reus.
 Sed quoniam accedunt fatalibus hæc quoque damnis,
 Ut careant numeris tempora prima suis:
 Effice peccati ne sim memor huius, ego illo
 Officium laudem, quo queror, ore tuum.

ELEGIA VIII.

Detur inoffensa vitæ tibi tangere metam,
 Qui legis hoc nobis non inimicus opus.
 Atque utinam possent pro te mea vota valere,
 Quæ pro me duros non tetigere deos.
 Donec eris fælix, multos numerabis amicos:
 Tempora si fuerint nubila, solus eris.
 Aspicis ut veniant ad candida teæta columbae?
 Accipiat nullas sordida turris aues?
 Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam:
 Nullus ad amissas ibit amicus opes.
 Utque comes radios per Solis euntibus umbra est,

Ad amicum, q
 vulgus fortuna
 sequatur.

Calamitas pe-
 nuriæ amico-
 rum inuehit.

Cūm latet hic pressus nubibus, illa fugit.
 Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus,
Quæ simul inducta nube teguntur, abit.
 Hæc, precor, ut semper tibi possint falsa videri:
 Sunt tamen euentu vera fatenda meo.
 Dum stetimus, turbæ quantum satis esset, habebat:
 Nota quidem, sed non ambitiosa domus.
 At simul impulsa est, omnes timuere ruinam,
 Cautaque communi terga dedere fugæ.
 Sæua nec admiror metuunt si fulmina, quorum
 Ignibus afflari proxima quæque solent:
 Sed tamen in duris remanentem rebus amicum
 Quolibet inuisio Cæsar in hoste probat.
 Nec solet irasci (nec enim moderatior alter)
 Cūm quis in aduersis, si quid amauit, amer.
Quām pauca
amicorū paria.
 De comite Argolico postquam cognouit Orestem,
 Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.
 Quæ fuit Aectoridæ cum magno semper Achille,
 Laudari solita est Hectoris ore fides.
 Quòd pius ad manes Theseus comes iret amico,
 Tartareum dicunt indoluisse deum.
 Euryali, Nisi que fide tibi Turne relata,
 Credibile est lachrymis immaduisse genas.
 Est etiam in miseriis pietas, & in hoste probatur.

Hei mihi, quām paucos hæc mea dicta mouent.

Hic status, hæc rerum nunc est fortuna mearum,

Debeat ut lachrymis nullus adesse modus.

At mea sint proprio quanuis mæstissima casus,

Pectora, pro sensu facta serena tuo,

Hoc mihi venturum iam tum carissimè vidi,

Ferret adhuc istam cum minus aura ratem:

Sive aliquid morum, seu vita labore carentis

Est pretium: nemo pluris emendus erat.

Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes,

Quælibet eloquio sit bona causa tuo.

His ego commotus dixi tibi protinus ipsi,

Scena manet dotes grandis amice tuas.

Hoc mihi non ouium fibræ, tonitrusve sinistri,

Linguave seruatæ pennave dixit avis.

Augurium ratio, & tunc coniectura futuri

Hæc diuinauit, notitiāmque tuli.

Et quoniam vera est, tota tibi mente, mihi que

Gratulor ingenium non latuisse tuum.

At nostrum tenebris utinam latuisset in imis,

Expediit studiis lumen abesse meis.

Vtque tibi profunt artes facundè seueræ,

Dissimiles illis sic nocuere mihi.

Vita tamen tibi nota mea est: scis artibus illis

*Amores Na-
fonis.*

Authoris mores abstinuisse sui.

Scis vetus hoc iuueni lusum mihi carmen, & istos

Vt non laudandos, sic tamen esse iocos:

Ergo ut defendi nullo mea posse colore,

Sic excusari crimina posse puto.

Qua potes, excusa: nec amici desere causam:

Quo pede cœpisti, sic bene semper eas.

ELEGIA IX.

*Nauim laudat,
quā in Corin-
thiaco sinu ha-
bituit.*

EST mihi, si que, precor, flauæ tutela Mineruæ

Nauis, & à picta Caside nomen habet.

Siue opus est velis, minimam bene currit ad auram:

Siue opus est remo, remige carpit iter.

Nec comites volucri contenta est vincere cursu,

Occupat egressas qualibet arte rates.

Et patitur fluctus, fertque assilientia longè

Æquora: nec sauis victa madescit aquis.

Illa Corinthiacis primùm mihi cognita terris,

Fida manet trepidæ duxque, comedique fugæ:

Pérque tot euentus, & inquis concita ventis

Æquora, Palladio numine tutæ fuit.

*Nauis in tutela
Palladis. Nauis-
gatio Ouidij.*

Nunc quoque tutæ, precor, vasti secet ostia ponti,

Quásque petit, Getici littoris intret aquas.

Quæ simul Eoliae mare me deduxit in Helles,

Et longum tenui limine fecit iter.
Fleximus in lauum cursus, & ab Actoris urbe
Venimus in portus Imbris terra tuos.
Inde leui vento Zerinthia littora nacta,
Threicium tetigit fessa carina Samon.
Saltus ab hac terra breuis est Stantyra petenti,
Hac dominum tenus est illa secuta suum.
Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos,
Hellefontiacas illa reliquit aquas.
Dardaniāmque petit authoris nomen habentem,
Et te ruricola Lampsace tuta deo:
Quaque per angustas male vectae virginis undas,
Seston Abidena separat urbe fretum.
Hincque Propontiacis harentem Cyzicon oris,
Cyzicon Emoniae nobile gentis opus.
Quaque tenet Ponti Byzantia littora fauces,
Hic locus est gemini ianua vasta maris.
Haec, precor, euincat, propulsaque fortibus austris,
Transeat instabiles strenua Cyaneas:
Heniochosque sinus, & ab his per Apollinis urbem
Vecta sub Anciali mænia findat iter,
Inde Mesembriacos portus, & Opeson, & arces
Prætereat dictas nomine Bacche tuo.
Et quos Alcathoes memorant à mænibus ortos

DE TRISTIBVS

Sedibus his profugos constituisse lares.
A quibus adueniat Miletida soſpes ad urbem,
Offensi quo me contulit ira dei.
Hæc si contigerint, meritæ cadet agna Mineruæ.
Non facit ad nostras hostia maior opes.
Vos quoque Tyndaridæ, quos hæc colit insula, fratres
Mite, precor, duplici numen adeste rati.
Altera nanque parat Symplegadas ire per altas,
Scindere Bistonias, altera puppis aquas.
Vos facite ut ventos, loca cum diuersa petamus,
Illa suos habeat, nec minus ista suos.

ELEGIA X.

Ad lectorum, q.
in itinere hunc
primum librū
confecerit.

Littera quæcumque est toto tibi lecta libello,
Est mihi sollicitæ tempore facta viæ.
Aut hanc me, gelido tremerem cum mense Decembri,
Scribentem mediis Adria vidit aquis.
Aut postquam bimarem cursu superauimus Isthmon,
Alteraque est nostræ sumpta carina fugæ.
Quod facerem versus interfera munera Ponti,
Cycladas Ægæas obſtupuisse puto.
Ipse ego nunc miror tantis animique, marisque
Fluctibus ingenium non cecidiſſe meum.
Seu stupor huic studio, siue eſt insania nomen,

Annotationes in primum

OVIDII LIBRVM DE

Tristibus, à Vito Amerbachio conscri-

ptæ, nūnque primum in
lucem editæ.

Argumentum operis.



Orum est non solum utilem, sed etiam liberalem, & necessariam pro tempore lectionem poetarum, atque poetica cognitionem, & doctrinam esse in omni genere disciplinarum, idque multi magni viri veteres & recentiores, grauibus argumentis probauerunt, ne dicam ab ipsa experientia clare hoc demonstrari. Nihilominus tamen his temporibus inueniuntur, & grauisimæ quidem, si diu placet, ac sanctissimæ doctrinæ Theologie professores, qui putent poetas, & ipsam eorum facultatem adeò non prodeesse moribus & pietati, vt obsint etiam: & hoc ideo maxime, quod vnum aut alterum vident hac arte, seu exercitatione parum bene vti. Belli verò homines, qui propterea putent rem honestissimam & laudatissimam ideo reuiciendam esse, quod nonnulli non, vt debent, vnturea. Quasi vero non plurimi sint abusi, & quotidie abutantur non tantum aliis optimis artibus, verum etiam Theologia, sacris literis, & quo nihil est sanctius, ipso Dei nomine. Quare hos in Anticyras ablegemus, aut in alium, si quem norunt cum Democrito, mundum: ac irrideamus potius, quam confutemus tam crassam & ineptam stultitiam. Quanquam autem dignerant graui obiurgatione, ac opus habebant fortasse adolescentes ad hanc rem vberiore quadam animi confirmatione: tamen rectius mibi video facturus, si aut aliis hoc faciendū relinquam, aut in alium locum & tempus cōmodius differam, ac ipsum opus hoc Ouidij Tristium, vt institui, tractare & explicare incipiam. De Tristibus autem est factum nomen operi, quod in eo de suo exilio, & eius incommodis, ac miseria conqueratur potissimum Ouidius. Id quod facit mira varietate, ac inimitabili felicitate, summaque suauitate in media fortune acerbitate: opere distincto in quinque libros, & singulis libris in epistolæ quasdam, secundo excepto, in quo tantum una est ad Cæsarem Augustum epistola. Sic enim etiam rectè appellari existimo. Dij̄simulauit autem in aliis nomina illorum, ad quos scripsit, ne, si nomina posuisset, eis apud Augustum, aut eius amicos noceret: ac aliud nihil differt hoc opus à libris de Ponto, nisi q̄ poeta in illis ami-

Quare nomen
factum sit huic
operi De Tri-
stibus.

corum nomina posuit, hic non posuit, sicuti potuit ponere. Quod autem sit ab Augusto in exilium pulsus, manifestus est, quam ut dici debeat. Porro de causa exili, in ipso poemate, quantum satis est, ac sciri potest, indicatur.

EXPOSITIO PRIMAE ELEGIAE.

Elegia.

Vacinia.

Elegia, Carmen fleibile est, tristia continens: ut hic Elegiae Ouidij de Tri-
stibus, in quibus conqueritur de suo exilio et eius incommodis ac miseria.
Continet autem haec elegia prima mandatum. Iubet enim per apertissimam Pro-
sopopoeiam librum suum Romam ire: ac sollicitè prescribit ei, quid facere,
quomodo se gerere debeat. Incipit mandatum cum elegia: in secundo versu est
vobis à loco. Deinde mandat de habitu corporis per arbitrorum. Vacinia, sunt
flores violis nigris colore similes: hoc est, habentes quiddam nigricans purpu-
reum, quae primo vere cum illis nascentur, fortasse quos nostrates alicubi pech-
pluomen vocant. Cedreum ponit pro oleo ex cedro, vide Plinium. Frontes,
extremitates operculorum vocat. Quig licet illa pede: id est, animo. Sic ali-
bi clarissimus, Gratia dux, animo quolibet ire libet. Sequitur alia pars mandati,
quid respondere debeat, si interregetur ab aliquo amico. Dei, id est, Augusti,
cui viuo etiam, ut est in historiis, diuinus honore est habitus. Hi duo versus,
Atque ita tu tacitus, &c. ita sunt construendi, contrà quam alii consuerunt:
ut subintelligatur verbum Responde, &c. Tacitus, pro submissa, vel obscurè,
accipiatur, aut verbum Significa: & ponatur comma post Plura, & colon
punctum post Legendum, & hic addatur Est, vel Esse. Atque ita puto nihil
nec obscuri in sententia, nec duri in constructione relinquere. In versu, Causa
patrocinio, &c. Patrocinio, est ablatus Causa, ut ego puto: & Maior,
deterior significat: ut sit sententia, Hæc mala causa fit deterior, si defenditur.
Potest etiam ita exponi comparatio, Causa non bona erit maior patrocinio,
id est, difficilior quam ut possit defendi: vel sic, transpositis nominatiis,
Causa maior patrocinio, id est, que non potest defendi, non erit bona, scilicet
defendendo. Primam sententiam ego sequor, Interpres secundam. Con-
solatur postea librum non nihil, & vnde seipsum à se consequendi alicius boni
amicus: & precatur, ut utriusque votum sit ratum. Additur occupatio
in qua excusat librum, & se de versuum asperitate: ac est sententia, qui vo-
let indicare de nostris versibus, debet considerare, quis nostrarum rerum sit
status, (ipse generaliter loquitur ibi de iudicis officio) quod si faciet, non te
culpabit. Explicat hoc etiam, & ostendit, cuiusmodi locum, tempus, & ani-
mum requirat scriptio carminum, & quam haec ipsi omnia sint aduersa. Locus
est insignis, & debet obseruari. Deinde pergit libro mandare, atque iubet
eum nihil de gloria sollicitum esse, cum antitheto, quod non, ut olim, tan-
gatur amore laudis. Postea repetit initium mandati, ac addit ei optationem.
vbi placet mihi legi, nunc meus: pro, non meus. Deinde monet, & mandat
aliterius, quod sit venturus in locum, vbi sit notus: & ei clam intrandum esse

in urbem, quid respondere debeat, si abiiciatur: Sequitur anthypophora de intranda Cæsaris domo, quod non beat hoc ab illo fieri propter acceptum inde malum antea. Quatuor exemplis hic vtitur, postremò separato à reliquis per accommodationem, sua tamen etiam illis additur, sed vtrōque, sicut est mos huius poetæ allegoricè. Sumpta est prior allegoria à pugnantibus, posterior à nauigantibus. Idem dixit breuius de Ponto, Timeo naufragus omnefretum. Habet hæc pars conclusionem & amplificationem ab exemplo Icari de vitanda temeritate, atque correctionem in versu, Difficile est tamen h̄c remis, &c. Vbi remis animi submissionem & conuersationem cum plebe, aura audaciam, & principis aditum significat. ac addit signa, quibus cognoscat accedendi opportunitatem, & precatur ad hoc fælix tempus. Quod postea dicit, solus Achilleo, &c. pertinet ad fabulam Telephi, cuius expositionem vide in Plinio libro 35, capite 5. & libro 34. cap. 15. Iubet librum etiam hac in re cautum esse, ac significat animi sui solicitudinem. Pergit deinde mandare, & docet quomodo se debeat gerere, vbi in bibliothecam venerit, erga libros de Amore: vbi, Hi quoque, quo nemo, &c. dicit per extenuationem, & cum indignatione. O Edipodas & Telegonos vocat illos etiam libros, quod ipsi, ut patri, causa fuerint exitij. O Edipus enim & Telegonus occiderunt suos patres, O Edipus. Ut est in fabulis. In versu, Ne quenquam, quanuis, &c. elegans est allusio Telegonus. ad materiam eorum librorum. Datur etiam ad transformationū libros mandatum: & ibi iocando, sicut solet, miseriam suam depingit. In fine causam exponit, cur alia plura, que habeat, non mandet, ac iubet eum festinare. Pertinet Elegia ad genus deliberativum. Est enim cognatum petitioni mandatum. & hoc ab eo differt, quod in petitione argumentis est opus: h̄c verò sufficit ius & authoritas. Nec est in hoc loco mandatum propriè contractus, ut in iure, sed præceptum.

Expositio secundæ Elegiæ.

OVIDIUS h̄c implorat deorum auxilium contra vim tempestatis, quam in mari sustinuit, & iram Cæsaris: ac significat se, hanc & præcedentem epistolam in profectione versus Pontum scripsisse. Facit autem hoc varie, sicut est eius mos, & copiose. Non vtitur exordio, sed ex abrupto incipit implorationem, ac vbiique inserit repetitiones nō tantum prectionis, verū aliorum etiam locorum: id quod est apud hunc Poetam, præcipue in his operibus de Tristibus & Ponto, valde vtitatum. Huic subiicit argumentum à facili seu possibili, quod confirmat aliquot exemplis, que sumpta sunt ex Homericō & Virgiliano poematis, de studio defendendorum hominum ex diuersis partibus, seu factione quadam deorum. Deinde conqueritur grauiter de exorta & sequente inter nauigandum tempestate, quam incipit correctione præcedentis implorationis: quasi frustra deos fatiget precibus, cùm iamiam sit periturus. Ac addit insignem eius tempestatis descriptionem, quam illustrauit affectus

sumpto ab vxoris quodam errore, aut deceptione animi, quod ad hanc rem pertinet. Videtur autem ibi tanquam dolere, quod vxor verē posuit his malis mari-
ti propter ignorantiam affici. Hoc enim quoque facit nonnihil ad leuandum
dolorem, cū putamus alios & scire nostra mala, & ex animo dolere nobiscū.
Huic postea, velut opponit alium affectum, vbi qualemcumque significat leti-
tiam ex eo, quod vxore domi reliquisset, nec abduxisset in hoc tātū periculū.
Ita sāpe animus pugnat in eo, qui conflitatur cum aliquo magno malo, cuius
dimicatio[n]is hāc Elegia, sicut aliæ multæ in his libris, tanquam pictura que-
dam est. Pergit postea in descriptione tempestatis, hoc est, in querela de præ-
sente à tempestate periculo. Sic enim describit tempestatem, vt de malo ab illa
impendente conqueratur: & ita conqueritur de isto malo, vt vna describat
tempestatem. In versa, Posterior nono, &c. significat per quandam circun-
locutionem decumanum fluctum, id est, maximum. & veteribus enim decu-
mana, maxima sunt dicta: vt Porta decumana in historiis, decumanus limes,
decumanum ouum. Inde, vt vult Sext. Pompeius, quod ouum decimum ma-
ius nascatur, & fluitus decimus fieri maximus dicatur. nisi quis manu[m] ad
hoc referre, quod decenarius numerus aliquo modo est extremus, & quicquid
supra hunc additur, sit per iterationem subinde præcedentium. De qua re vi-
de Aristotelem in Problem. Cūm dicit, Nec lethum timeo, &c. loquitur ad
eorum philosophorum opinionem, qui putabant animam esse quiddam igneum.
aqua vero, cūm sit illi planè contrarium, sic efficeret subitā & violentam mor-
tem, atque ob id, vt videtur, miserrimam, Id alicubi & Homerus significat. in
alio tamen loco dicit, fame mori esse miserrimum. Est hic locus tractatus com-
paratione demonstrativa. Sequitur ḥ[ab]etos à comitibus, quod insontes vnd per-
eant. Deinde repetitur imploratio, & argumentatur à sententia Cæsar[is], tan-
quam à pari: ac ideo prædicat ibi eius potentiam, iterū[m]que repetit precatio-
nem, & addit correctionem patheticam, nequaquam se ita liberari posse exi-
lio. Argumentatur etiam à sua quadam innocentia, cūm reiicit nauigationem
suam ad necessitatem, liberans eam à cupiditate, per antitheton, & affectu à
loco patriæ. Hic Nilum ioco sum puto appellari generaliter, à copia cūm aliarum
rerum, tum variarum animantium, adeoque ipsarum deliciarum, quas sup-
reditat. Postea repetit implorationem, & vehementi oratione alloquitur ventos,
per Protopopciā, ac iubet se abripi à conspectu Italiae in locum exilij. Sequi-
tur agnitio & confessio culpæ, cum eius extenuatione, & animi sui propensiō-
ne, benevolentia, & studio erga Cæsarem, & eius familiam. Huic innectit
postremam precatiōnis repetitionem. Deinde claudit Elegiam, significatione
lati auxilij: & vt alia, ita hāc etiam velut in re præsenti. Porro non potest
hāc Elegia nomen Epistolæ habere, quod ad neminem sit missa, vt epistola. Ta-
lis etiam est præcedens, & aliæ in hoc opere plures, quam in libris de Ponto.

Decumana.

EXPOSITIO TERTIAE ELEGIAE.

Iucundi actilabores, proverbio dicitur. Quod ita intelligi debet, ut existimatetur esse verum, si finita sint omnino iam pericula, & mala, quæ sumus perpetui. Quare Ouidius hic non ita recitat, quæ in eius digressu & profectio- ne in exilium acciderunt molesta & acerba, ut significet eorum recordatio- nem sibi iucundam aut suauem esse. Nondum enim fuerat perfunctus ista ca- lamitate, nec admodum sperare poterat fortasse mutationem in melius, sed in- choatam adhuc sustinebat. Quin potius contra luctum & dolorem sibi renoua- ri dicit, quoties de illo suo discessu cogitet: ac ita quidem exorditur Elegiam. Deinde statim post quartum versum incipit attexere illam narrationem vel expositionem, quam illustrem & perspicuum fecit multis affectibus, adeoque clara descriptione omnium circumstantiarum, & gestuum pertinentium ad istiusmodi miseriā: nec opus habet longa interpretatione, cum sit facilis & plana. Præter suum autem dolorem & lachrymas, uxoris quoque, familie & amicorum, qui pauci relieti erant, ut est consuetum, dolorem & lachry- mas commemorat. Significat etiam tempus abitus, cum dicit, occidente Boote se nauigasse, hoc est, in aestate. Utitur & exemplo, & descriptione quadam brevi tempestatis, quæ est prolixè descripta in superiore Elegia. Item inserit narrationi duas precatio-nes, quibus se vsum dicit: altera in digressu: altera, cum periclitaretur in mari. & recitat verba, quæ uxor ad ipsum disceden- tem locuta est. In summa, tota Elegia tantum est expositio ex his omnibus locis, de quibus iam est explicatum, constans præcipue. In disticho, Non mihi seruorum, &c. Cura, nominatiuus, ad omnes genitiuos accommodari debet seorsum, ut recte Interpres indicauit. Alloquor extremum, pro ex- tremè, Græca phraſi. Imbre per indignas, &c. id est, largis lachrymis, instar imbris, per metaphoram, ut Sophocles οὐρας δακεῖσιν, & Hebrei fon- tem lachrymarum dicunt, figura cognata, sed expressiore. Angulus omnis, &c. Sic Cicero alicubi in Epistolis ad Atticum, ut puto, & ita Germanice valde crebro loquimur, & facimus hoc per translationem pro angusto & ob- scuro loco, ut sunt ad angulos intra aedificia. Et quanquam sero. Allegoria est, pro, Quanquam ante debuisse vos precari, ut essetis mihi propitijs, ne in hanc miseriā inciderem. Parrhasis uisa. Parrhasis ciuitate Arcadiæ. nam inde Calisto, mutata in hoc sydus, oriunda fuit. Quid facerem? Affactus à loco, & iussu Augusti, pugnantibus. Duo versus proximè se- quentes & hi, Denique quid propero? idem volunt, & sunt excusatio moræ. Vtrunque enim est graue, & patriam relinquere, & in Scythiam ire. The- sea fide. Proverbialiter. Stella grauis. scilicet quod erat eo die discedendum. Diuidor haud aliter. Hoc distichon habet simile, sequens exemplum Priami, pereuntis cum suo regno, introducto equo ligneo, quem ipse vocat equum prodi- tionis, & versum in cōtraria, quod Sinonis dolo sit introductus, & ex ioco & ludo pepererit luctum & exitium emissis armatis. Quod si legendum est Metius,

Iucundi acti
labores.

pro Priamus, & pro Versus, versos, etiam Equis legi debet: & Prodictionis ab vltore, transiuit pendet. Historia nota est ex Lilio. Pietas haec mihi Cæsar erit. id est, Cæsar's vice, ut cogat me tecum ire in exilium, quemadmodum te Cæsar cogit. Sive illud erat sine funere. Correctio: & significat se velut ad sepulchrum egressum, elatum sine funebri pompa. & alludit ad id, quod est in Romanis legibus, in quibus exules habentur pro mortuis, & appellantur ciuiliter mortui. Se modo, desertos modò deplorasse, &c. Est hic ante infinitum Deplorasse, eam narratur, subintelligendum. Viuat, & absentem. In sequente versu Viuat, &c. sunt elegantes repetitiones, cuiusmodi raro inueniuntur. Tingitur Oceano. pro, tingebat, id est, occidebat. sic de sequentibus verbis est iudicandum, quod presentia pro imperfectis, ut sit in narrationibus, ponantur, usque ad finem Elegie. nisi velimus putare, quod inter nauigandum illam scriperit, aut fingat se scripsisse: vel potius eloqui, ut hac parte conueniat haec elegia cum precedente. Ceterum vsa dicitur Erymanthis, ab Erymantho Arcadiæ monte. Pictos deos, scilicet in puppe, ut fuit moris. Pineatexta. id est, nauis ex trabibus pineis facta. Aurigam video. pro gubernatorem. Infectum Iouem. pro, Augustum, suo more. Sæue morti. hoc est, quam aqua efficit. de qua supra. Clauditur elegia correctione.

EXPOSITIO QVARTAE ELEGIAE.

HAE C. Elegia prima est in hoc opere, que habet Epistolæ formam. Hoc tamen interest inter istiusmodi scripta, & illa que habent in hoc Poeta nomen epistolarum, quod in illis omnia conueniant epistolis, & nihil significetur de libri aut editionis ratione: in his vero contra fiat. Pertinet autem ad genus deliberativum, & habet tres præcipuas partes. Prima est, prædicatio constantiae, & beneficiorum eius ad quem sribitur: que nihil aliud est, quam gratiarum actio quædam. Cui est addita pollicitatio gratitudinis perpetuae illustri quædam amplificatione, quam etiam locum appellamus aliquando communem. In hac ostendit usum aduersæ fortunæ in amicitia, & comprehenditur eius vis & summa in hoc Ennius versiculo,
Amicus certus in re incerta cernitur: estque ornatus tribus poeticis exemplis, & similitudine antithesi, & præsente Ouidij exemplo. secunda pars, est brevis auxilij petitio, que habet argumentum à periculo, seu facilis: quod fortasse, dum non sint hoc facturi metu Cæsaris (ipse vocat pietatem) sint eum offensuri, & fidem us etiam hosti seruandam censem. ac suum factum hostili melius esse. Deinde repetitur petitio per conclusionem, & additur postrema pars, que est querela, vel exaggeratio malorum eius. Est haec etiam tractata splendide. Primùm collatione hyperbolica, ubi versus, Pars etiam quædam mecum, &c. inepte ab Interprete exponuntur, quod partis vocabulo putat vel ingenium, vel famam poetæ intelligi. & lacerat secundum versum, præterquam quod cum à primo

non recte auctellit, cum Tegi verbum refert ad notam exilio: Disimulante, participium ad ingenium. Quanto melius et conuenientius vox Pars, de malis, de quibus in eo libro tractatur, intelligitur, et secundus versus à primo nihil in hac re differre putatur? ut sit sententia, Pleraque etiam ex meis malis ne quidem vñquam patefient, atque vñnam ea possem ita occultare, ut non proferrentur. Dixerat enim se tulisse innumerā et incredibilia. Quæ autem hæc sint mala, non aperit: et cur hoc faceret, cùm optet perpetuam eorum occultationem. Hoc decepit Interpretē, mea quidem sententia. In versibus, si vox infragilis, et c. Imitatur hunc locum Virgilij, Non mihi si centum lingue sint, oraque centum, et c. sicut his Homerum, εδε μοι δέκα μέλη γλωσσα, δέκα δέ σόματ' είν, et c. Sequitur comparatio demonstrativa, malorum Ouidij cum Vlysis malis, quæ ducta per omnes formas tandem finitur vna cum Elegia.

EXPOSITIO ELEGIAE QUINTAE.

Affinis est hæc Elegia præcedentis primæ parti. Continet enim laudationem vxoris Ouidij, quod constanter et fideliter maritum adiuuerit, eique in hoc tanto casu adfuerit, et bona eius contra nescio quam harpyiam defenderit et conservauerit. Notum enim est quid fiat in aulis, cùm ita res cadunt, ne dicam quod est turpius. Incipitur autem Elegia significatioue amoris, exornata per duo quedam exempla: cui additur laudatio, velut causa. Est hac tractata similitudinibus, quæ tamen ad posteriorem eius partem pertinent. Sequitur conclusio communis utrique parti: post quam additur comparatio, in qua cum præstantibus mulieribus confert ita vxorem suam, ut eam illis non esse inferiorem dicat. Vbi efficientis circumstantia additur, et affectus, quod non habeat satis virium ad celebrandam eius probitatem. Postremi duo versus continent pollicitationem cognatam præcedenti affectui.

Porrò cùm dicit, Fœmina seu princeps, et c. intelligit Martiam, non Liuiam, vt vult Interpres. Quod autem loquatur de Martia, Martij Philippi vitrici Augusti filia, clare ex aliis huius Poetæ locis intelligi potest. In primo de Ponto ita scribit,

Hanc probat, et primo dilectam semper ab ævo,
Est inter comites Martia censas suas.

Et in libro tertio,
Cuncta licet faciat, non eris laudabilis vxor,
Non poterit credi Maria culta tibi.

De hac etiam est in fine 6. Fastorum. Similis error est commissus ab Interpretate, vt puto, in expositione primi versus, vbi per Clarium poetam intelligit Callimachum, qui fuit Cyrenæus. Nam Cyrene longè abest Colophone, ad quam est clarus lucus Apollini sacer, nec est aptum, quod per Metalepsin quandam Clarium exponit Apollineum, quod poetæ sint in Apollinis tutela. Mihī vi-

VITI AMERBACHII

detur ibi significatus esse Antimachus, qui, ut Suidas indicat, fuit Colophonius. idem puto scribi alicubi apud Plutarchum. Postremò versus, Primalocum sanctas, &c. imperfectam habet sententiam, ac addendum est, nisi vires amissam, aut aliquid simile.

EXPOSITIO SEXTAE ELEGIAE.

NON ad multos videtur mihi scripta esse hæc Elegia, sed tantum ad unum, cui fuit annulus præter suam imaginem (nunc vocant nostri nobiles clypeum & galeam) Ouidij quoque effigie sculptus, in honorem ac memoriam eius Poetae. Crebre sunt hic petitiones. Prima, quæ etiā incipit Elegiam, est poetica, & aliquo modo iocosa. Petrit enim ibi Ovidius, illi effigiei suæ detrahi certum hæderaceum, quod hoc ornamentum cœnemat fœlicibus poetis, non ipsius temporibus: hoc est, capiti: non, ut vult Interpres, ei tempestati. Conferuntur enim in eo loco personæ propriè, non tempora. Quanquam est inter hæc aliqui cognatio. Deinde petit, ut non patet faciat hoc ad se scribi, sed contentus sit occulto quodam sensu. In verbis, subeat tibi dicere, &c. non puto esse petitionem, sed potentiam: id est, queas incitari aspectu meæ faciei, ad dicendum. Inde sequitur significatio gratitudinis, & huic adnexa petitio de legendis libris Transformationum, quos vocat maiorem sui imaginem, & recte. Et enim reuera, ut animi generaliter in ignoto, sic totius hominis in noto quidam index, & simulacrum, oratio. Vulgaris Grecorum senarius ἀδρὸς χαρακτῆρας, id est, ut obiter verti, Oratione mens viri cognoscitur, generaliter, ut puto, est accipendus. Exponit etiam hic poeta, illius operis velut casum quendam, & conditionem, ubi vtitur exemplo Altheæ Thesei filiae, quæ, ut fratres vlciceretur filium interficit. Vide librum 8. Transformationum. Deinde sequitur generalis partim precatio, partim petitio de eadem re, ut maneat illud opus, & legatur ab hominibus. Monet etiam de imperfectione eius, & petit veniam: ac addit quatuor versūs, qui præponantur illi poemati, ut indicetur hoc lectoribus. In fine, remouet à se culpam non corretti operis.

EXPOSITIO SEPTIMAE ELEGIAE.

Vehemens & acerba infestatio cuiusdam, à quo desertus erat Ovidius, in hoc suo maximè necessariò tempore, est hæc Elegia. Principio longo & multiplici adynato est vsus, primùm specialiter per distributionem & commutationem, deinde generaliter per explicationem. Id accommodat partim ad animis sui de amico deceptionē, partim ad immanitatem facti. ac ita incipit infestatio nem, & in ea pertractanda vtitur argumento à statu, seu conditione sua, quod sit desertus in extrema necessitate: à iure, seu honesto, quod amicitia prodiderit: à contrario, quod facile potuisset aliquod officium, hominis saltem, si non amici, præstare, quantumvis exiguum, ac ibi quedam eius generis nu-

merat. In verbis, *Supremo*, dum licuitque, die: est hyperbaton, pro, & supermo, vel supremoque. sed neutrum versus recipiebat: nisi quis malit, Quæ, referre ad Licuit: & Dum, exponere infinitè & separatè: non pro, Quo die, per Enallagen, quod esset in structura durius etiam. Deinde additur argumentum ex minore, quod alieni præstiterint hæc officia. Deinde amplificatio à circumstantia personæ, cum argumento ex minore, sed occulto, seu imperfetto. nam deest, cùm hoc feceris, amicus, & notus. Quid, &c. etiam initio versuum huius loci desideratur, fuisse facturus. Distichon, Cunctane in æquoreis, &c. sunt repetitio quedam. Quæ sequuntur proximè, sunt amplificatio à genere, seu origine, seu educatione & natura, per antitheton. Similis est locus in 4. Aeneid. Virgilij, quem fortasse Ovidius hic est imitatus:

Nec tibi diuina parens, generis nec Dardanus author,

Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens

Caucasus, Hircanaque admirant vbera tigres.

Versus, Aut mala nostra minus, &c. bifariam videtur mihi posse exponi. primum, vt ita construatur, Aut minus putas nostra mala, id est, minus curasses, quam non aliena. id est, propria vel tua, scilicet tantum: vt sit sensus, Nisi esset illa tua natura, nisi ita esses educatus, vt iam dixi (nam & hic est ellipsis) tantum tuis malis mea debuisses postponere, non habere pro alienis. atque ita, quæ vox in secundo versu debet subaudiri, non accusareris à me inclemencie. Deinde hoc modo per hyperbaton, Aut non putas nostra mala minus, quam aliena: id est, non minus curasses, non minoris fecisses, quam aliena: sub intellectis quæ iam sunt addita. & id videtur mihi melius conuenire præcedentibus, vbi minus cum præstissem officiorum dicit, quam alienum. Ideoque ineptire puto interpres, qui ita construit hunc versum, Aut putas mea mala minus aliena, quam non scilicet putas: quasi ut Ovidius voluerit auxili, non diminutione. Sequitur adhortatio ad compensationem, per mitigationem quandam àfati necessitate: vbi prima tempora ideo dicit carere suis numeris, proverbiali metaphora, quod non essent absolute amicitiae officia, nec respondisset in amicitia finis principio.

EXPOSITIO OCTAVAE ELEGIAE.

Avoto, seu optatione incipitur elegia. Deinde sequitur præmonitio amici, ad quem scribitur, vt sibi caueat àfucatis amicis: atque ita præparat eius animum ad futuros casus. Quanquam occultè hoc facit, aut potius relinquit ipsi intelligendum. Ideo malui præmonitionem, quam admonitionem, hunc locum appellare. Est autem tractatus per expoltionem, cui includitur similitudo, & sequitur eam optatio, deinde probatio à poeta exemplo, & obiectio: cui responderetur à mansuetudine Cæsaris, argumento, & exemplis poeticis: & est ibi tanquam accusatio falsorum amicorum. Clauditur hic locus affectu, quod pauci hæc verba in animum admittant. Sequitur expositio quedam, con-

timens consolationem cum laudatione amici, ad quem scribitur. Nec sentio cum Interpretate, qui putat h̄ic nouam elegiam inchoari, & initio legendum ut, non At: cū satis commodè cohærent ista cum precedentibus, & ad hoc At, bene quadret. Ac sanè videtur mihi sunt, etiam h̄ic scribendum, pro, sint: vt sit constructio, At mea pectora, quanuis mœstissima, scilicet entia proprio casu: facta serena pro tuo sensu, id est, prout sentis, aut vis, & me sperare iubes. Quod sequitur distichon, ita exponatur, Hoc mihi, &c. Malo enim ita legere, quād ita inclaruisses, vt in bonam partem accipiatur, aura ferret ratem: & non ad Ouidij personam, sed amici eius referatur. Tetraschion, Hoc mihi non ouium fibri, &c. est antitheton. cui similis est, in quadam epistola Ciceronis: Non igitur ex alitis volatu, nec ex cātu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est, nec ex tripudiis solistimis, aut somniis tibi auguror, sed habeo alia signa quæ obseruē, &c. Huic additur gratulatio, gratulationi optatio, optationi dissimilitudo euentuum, dissimilitudini excusatio, excusationi petitio. Postremo quid sit color, docet Quintilianus libro quarto, capite secundo.

Expositio nonæ Elegiæ.

Quod ad argumentum, dispositionem pertinet, facilis est h̄ec elegia: sed quod pertinet ad nomina locorum, quæ sunt h̄ic usurpata, non habet prorsus nullam difficultatem. Verū nos, relictā posteriore, quōd sic satis ab Interpretate sit agitata, priorē breuiter pro nostro more tractabimus. Prīmō laudat suam nauem Ouidius, & recitat eius commoda. Deinde, interposita quadam precatione ad deos pro felici nauigatione ex Corintho, (nam iſtūc iam venerat) in exiliū locum, describit reliquam suam profectionem. Quād autem sit commoda, & an sit perfecta, nēcne, descriptio, non est locus, & facultas iam explicandi. Certè non malam operam videtur interpres mihi nauasse in hac re, nec muto in eius sententia quicquam: niſi quōd Hellen ideo puto AEoliam dictam, quōd mater eius Nephele fuerit, vt fabula volunt, quæ vox Græcis nubem significat. Et in versu, Nam mihi Bistonios, &c. verū pedem intelligo, non mali funem. Deinde per Imbriam, non Selimbriam, sed Imbrum insulam. Verū ita fuit quādam erratio in nauigatione, prout est in tabulis cosmographicis. Primus etiam versus ita construi debet, vt nauis tutela, per appositionem cohærent, ac tutela primituum sit positum pro deriuatiuo, per Enallagen: id est, quæ defendit à Minerua, seu, vt alioqui loquimur, quæ est in tutela Mineruae. In versibus, octauo à fine est optatio: in sexto, precatio ad Castorem & Pollucem, deos nauticos, pro ipsius nave, & alia quādam, quæ versus dextram itura erat.

EXPOSITIO DECIMAE ELEGIAE.

Expositio quedam, seu narratio generalis est hæc elegia, præsertim initio. Indicat enim lectori, quæ haec tenus in hoc opere scripsit, ea se scripsisse interea, dum in mari profectus sit versus locum destinatum exilio. Clare dicit hic etiam, duabus nauibus in eas se profectione vsum esse. Dicit etiam putare se, quod insulae Cyclades obstupuerint, & hoc poetice per Prosopopœiam: adebatque se mirari, quod versus composuerit in hoc tāto periculo. imo periculum & molestiam itineris hoc labore mitigatam esse, quomodo cunque sit de eo sentiendum. Pergit deinde in expositione, & recitat alias tempestates, eo tempore ab aliis syderibus excitatas. Pleiades intelligit per Steropes sydus, propterea quod Sterope fuit una Pleiadum. Fuerunt enim septem, de quibus ita scribit Aratus,

Ἐπὶ δὲ ἐκεῖνας ἐπιρρήμας καλέονται,
Εξ οἰών τῷ ἐγσατέπονται ὀφθαλμοῖσιν,
Αλκυόνη, μερόπητε, κελαγύνωτ' ἡλέκβητε,
Καὶ τερόπι, καὶ τυγέτη, καὶ πότυα μάζα.

Significat etiam hanc elegiam à se in nauiscriptam esse, nec defuisse mare adhuc senuire adeò, ut gubernator quoque deferaret salutem. Sequitur querela incepta à voto, ubi optat se venire ad portum: & addit statim, ut correctiōnem, æquè sibi non tutum esse in terra versari, ac sit in mari, & certare inter se terram & mare de ipsius pernicie, tanquam de laude. Intelligit autem Thracium littus, de quo legendus est strabo, ac ipse poeta hoc indicat. Poeticum est, quod dicit peñora, id est animas barbarorum turbidiores esse mari. Quæ sequuntur proximè, sunt excusatio per antitheton, ignoscendum sibi esse, si non respondeat his versibus Lectoris expectatione, quod non in suis hortis, aut letulo scribat, sed in mari: & quidem hyberno tempore, & sequentibus tempestatibus. Ideo autem eas secuire, quod æreferant in hoc loco versus componi. Vnde adnectitur votum, in quo precatur, ut mare quidem vincat, sed ea conditione, ut definat esse turbidum & violentum. Hic est finis elegiae.

F I N I S.



24 АСКОЛТАОИА

ЛАТЫНЯМІСЧ ОГНЕОТКА

Ехопіліківській, під час якої він зробив величезну кількість записів. Він зробив це, щоб зберегти пам'ять про таємницю, яку він отримав від свого наставника. Він зробив це, щоб зберегти пам'ять про таємницю, яку він отримав від свого наставника. Він зробив це, щоб зберегти пам'ять про таємницю, яку він отримав від свого наставника. Він зробив це, щоб зберегти пам'ять про таємницю, яку він отримав від свого наставника.

Сотні листів з цими записами були зроблені.

W^z
Z^z
L^l

f^f
t^t
g^g
h^h
k^k
v^v
w^w

c^c
d^d
e^e
s^s
z^z

m^m
nⁿ
r^r
l^l

a^a
o^o
u^u
iⁱ

æ^æ
ɛ^ɛ
ɔ^ɔ
ɪ^ɪ

ɒ^ɒ
ʌ^ʌ
ʊ^ʊ
ʊ̄^{ʊ̄}


ɒ̄^{ɒ̄}
ʌ̄^{ʌ̄}
ʊ̄^{ʊ̄}
ɪ̄^{ɪ̄}

ɒ̄̄^{ɒ̄̄}
ʌ̄̄^{ʌ̄̄}
ʊ̄̄^{ʊ̄̄}
ɪ̄̄^{ɪ̄̄}

ɒ̄̄̄^{ɒ̄̄̄}
ʌ̄̄̄^{ʌ̄̄̄}
ʊ̄̄̄^{ʊ̄̄̄}
ɪ̄̄̄^{ɪ̄̄̄}

ɒ̄̄̄̄^{ɒ̄̄̄̄}
ʌ̄̄̄̄^{ʌ̄̄̄̄}
ʊ̄̄̄̄^{ʊ̄̄̄̄}
ɪ̄̄̄̄^{ɪ̄̄̄̄}

de finis spuma de finis



AM

In hoc pessimi
casu
et omnis
mortis
tristis
et doloris
densissimis
doloribus

sedem



